

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Nequitia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A hujus rei Plato in Menone, Dædali signa, inquiens, ni religata fuerint, abire & fugam arriperet: ubi vero rus, & Pitt  
reunias sunt, confisteret. Proinde si quis aliquod ejus habeat, & solutum esse finat, incertam eam esse darus in O.  
possessionem, perinde ac si quis servum habeat fugitivum, &c. Politicorum Aristoteles Dædali sta-  
lympia, di-  
tuas memorat, quas vulgus moveri, & opus facere dictas est. Neque defunct qui ligneam Venerem gil. Dædalu  
xere, & Vir.  
à Dædalo fabricatam autument, quæ argento vivo insufo moveretur. Hinc quotiens opera hujus-  
modi & pulcherrima & absolutissima esse ostendere voluerimus, si Platonis sententiam approbe-  
mus, eorum pedibus, aut quæ Opportunior fuerit parti aliquid adalligabimus.

*Circem.**An. lib. 7.**Nimirum**Aristoteles**l. 1. de Ani-**mæ, refelles**opinione**Democriti;**Amor cæcū;**quid.*

## NEQUITIA. CAP. XXXIX.

**J**uniorum incepsum esse volunt nonnulli quantivis preti viri, amorem obligatis oculis pingi.  
In neque id antiquam sapere eruditionem, cum eum ipsi dicant oculatissimum. Plerique tamen ve-  
terum, ut Theocritus, Menander, Archilocheus, & è nostris præcipue Virgilius, amori cæcitatem at-  
tribuerunt, eum scilicet amorem intelligentes, cui assidua est comes nequitia. Affectum enim in tur-  
pitudinem cœcum esse, nemo non dixerit. Appetentia enim quæ ab oculorum sensu est, intelle-  
ctum concitat ad voluptatem: ea vero tali orta principio, quæ putat in conspectu esse bona, ea  
tantum concupiscit, addictaque sensu à contemplatione avertitur, neque sui compos est, ut possit  
eligere. Impetu igitur raptatur, & in furorem fertur. Furor dubio procul intellectum obca-  
cat: quique ita affectus est, is cæco carpitur igni. Qui vero electionis est compos, auream colit Ve-  
nerem, nihilque prius curat, quam cæci stimulos avertere amoris: cæci, quia dubio procul affe-  
ctus ille à sensu rectus, aut exoculatus est, aut ita oculos habet obligatos, ut nec quæ attingunt ad  
rem, nec sumptus videat. Quod vero sint qui, Cæco carpitur igni, exponant, cæco, validiore, quia  
dixerit Ovidius, Quoque magis tegitur, tanto magis efflat ignis, cur non dixere potius, cæco, intel-  
lectus & rationis lumine privato? Id tamen aetere, quia non videbat omnino Dido quo raperetur,  
in quantam a rumnarum tragediam se precipitaret. Amat Scyllam Glaucus: Scylla lupis est ca-  
nibusque succincta, quod meretriciam proteritatem & impudentiam ostendit. Glaucus idem  
vel cæcus, vel, ut significantius loquamur, lusciosus, & glaucoma cæcitas Latinis est. Sed cur non  
ea etiam de causa laqueum amoris insigne dixerimus, quod ubi quis perdite infanire cœperit, ex-  
tremo fibi aufugio, & misericordiarum liberationi laqueum agnoscat? ut elegantissimus ille monet sene-  
tiolus:

Ἑρωτα πάνδη λιμὸς εἰ ἢ μῆ, χρόνος Θεού.  
ἔπει δὲ μηδὲ τῶν ταῦτα τῷ Φόρῳ αὐτοῖς,  
γεραπεῖσοι τῷ λοιπῷ ηξῆθω βερύχθω.

*Lib. 4.*

Quod ita Latine reddere possumus:

Fames amorem sedat: hec si non potest,  
Non grande saltum tempus efficit: nisi  
Præstare tempus hoc queat, reliqua salutis  
Est laqueus, aptes quem tibi.

Passim vero Poëta amoris retia decantant, quæ statim declinare studeamus. Nam, ut sapientissime  
admonet Lucretius,

Nam vitare plagas in amoris nelaciamur,  
Non ita difficile est, quam captum retibus ipsis  
Exire, & validos Veneris perumpere nodos.

## VENATOR. CAP. XL.

**S**Edenim cum venationis præses Diana singatur, jure illi & laquei & retia sunt attributa, utpote *Arma Be-*  
*principia venatorum arma. Unde Ps. 90. scriptum. Libera me de laquo venantium. Et 125. canitur: anima nostra sicut passus est de laquo venantium. Ubi animadvertisse est apud Græcos quidem*  
*nantium*  
*principia.*

*In sevōv-**Hhh 2*